

3856 [= 3604] ad S. Mariae in hortis Teti.

L · FVLVIO · GAVIO · Numisio petronio
 AEMILIANO · COS · I
 PONTIF ELECTO · AB · OPTIMO imp. severo
 p. C. 223-235 ALEXANDRO · AVG · AD dilect habend
 5 PER REGIONEM · TRA[ns]spadanam
 PRAET · CAN[di]da
 LVGDVNEN[ses] patrono posuer

Descripsi et recognovi. Minervini *Rendiconti dell' Accademia Ercolanese* fasc. 4 (1852) p. 27 et *Bull. Nap.* N. S. 3, 7, 8, 62 cum supplementis Borghesii. Henzen 6486.

Recte opinor Borghesius cum postremum de hoc titulo disseruit in epistula ad Renierum opp. 8 p. 598 (nam antea aliter senserat, v. opp. 4 p. 309. 8 p. 217) titulos duos urbanum vol. VI n. 1422 et Lugdunensem optime editum in Borghesii opp. 8 p. 602 L. Fulvii Gavii Numisii Petronii Aemiliani ad consulem ordinarium a. 204 revocavit, Campanum hunc attribuit eius consulis filio, patri consulis ordinarii a. 244 et 249. — 2 fin. extrema littera cum sit I superne fracta, requiritur vocabulum incipiens ab I, F, N similive littera; SALIO, quod olim posuit Borghesius, lapis non admittit; admittit quod idem postea commendavit FETIALI vel FRATRI·ARVALI. — 4 VOC. ALEXANDRO in litura restitutum est. — Supplementa ad [dilectum habendum] per regionem Tra[ns]spadanam] defendi Ephem. epigr. 1 p. 138, *Staatsrecht* 2² p. 820.

3857 [= 3605] Capuae ne Giudici vicino l' Udienna VECCH. Adhuc sub arcu S. Eligii.

CARRADII

IVLIO AVR AVXON
 TI LEONIDAE VC
 QVAESTORI PRAET CVRA
 5 TORI CAPVENSIVM OB MVL
 TA PRAECLARA IN CIVES
 PATRIAMQ HONORIFI
 CENTIAE SVAE MERITA
 INSTITVTORI NOVOR
 10 AC RENOVATORI OPE
 RVMPVBLICORVM
 AB ORIGINE PATRONO
 OMNI LAVDE
 DIGNISSIMO
 15 REGIO COMPITI

Descripsi et recognovi. Vecchioni *disc.* V in excerptis Pratillianis f. 7'; Ajossa ms. apud Mazochium; Fabretti 104, 232 e schedis nescio quibus Barberinis; Gudius ms. 463, 2, ed. 127, 4, qui vidit.

4 CARRADII Fabr., CARRADIS Vecch., ARKADII Ajossa, om. Gud.; hodie cernitur CAE/A-DII.

3858 [= 3616] Capuae in ecclesia fratrum Carmelitanorum.

RIVS · LVPVS
 V · C
 CONS · CAMP
 cVRAVIT

Pellegrinus p. 55 (ex eo Gudius ms. 787, 2, ed. 143, 5); Pratilli App. p. 379, cons. p. 76. Quod Augustinus cod. Vind. 3528 f. 45' affert fragmentum Capuae in S. Benedicti servatum: R·IVS·LVPVS, aut idem est aut eiusdem viri.

3859 [= 3606] Capuae in aedibus privatis in parochia S. Marcelli maioris e regione ecclesiae S. Salvatoris minoris PELLEGR.; ad D. Salvatoris minoris a parte occidentis GARIGL. — Locum nullum adscribit PARM. In aede S. Mariae maioris in urbe VAT. 6875 RED. MARCAN. (Bern. 152, Mut. 64) MARVLVS BELLON., ubi patet compilatores ignobilem ecclesiam S. Marcelli maioris Capuanam confudisse cum nobilissima urbana S. Mariae maioris. Septempedae sive S. Severini prope ecclesiam maiorem MARCAN. (Bern. 300, Mut. 102) FERRAR. MANVT. ANGEL. MAGLIAB. 28, 34 MACCI MVR. COLVCCI. In tabula marmorea in castro Anniano MAGL. 25, 626; in castro Anniano CHIS.; in Aniano oppido SANVT.; in castello Anniano ALCIAT. (apud utrumque in fine tituli additur SEVERINI).

C · NVMITORIO
 CALLISTRATO
 HOMINI
 OPTIMO
 5 DOCTISSIMO
 QVE · ET · VIRO
 RARISSIMO
 FL · ARISTVS · V · C

Descripsisse Cyriacum satis constat, cum habeant duo libri Vat. 6875 et Parmensis compilatoresque Cyriacorum posteriores fere omnes. Sine loco adscripto dat Parmensis f. 76. Romae collocant Vaticanus 6875 f. 64'; Redianus f. 15' (inde Gud. 281, 13); Marcanova Bern. n. 152, Mut. f. 64'; Marulus n. 21; Bellonus (cod. Marc. Lat. 14, 192) f. 28. Ad Septempedam referunt Marcanova Bern. n. 300, Mut. f. 102; Ferrarinus Reg. f. 112; cod. Manutianus Vat. 5237 f. 93'; Angelicanus olim Passionei D. 4. 18 f. 51 manu Bernardini Baldi Urbinatis a. 1580 (inde omnino Mur. 1718, 1 ex schedis non Ptolomeis, ut ait, sed Passionei); cod. Magliabecchianus 28, 34 inter inscriptiones Septempedanas post f. 202; Macci syll. vol. 2 f. 205; Colucci ant. Pic. 4 p. 56. 25 p. 42. 146. In castro Anniano similiter collocant Magliabecchianus 25, 626 (scr. c. a. 1467) f. 133; cod. Chisianus J. VI. 203 f. 20 (non inter Pontaniana); Sanutus f. 138; Alciatus Feae f. 18. Denuo ex lapide Pellegrinus p. 779 (inde Gud. ms. 792, 1); Gariglianus n. 31 (inde Donius Barb. 34, 73 p. 9, item opinor Fabrett. 256, 72); Ajossa apud Mazochium syll. ms.

In vv. div. conveniunt Cyriacus (Parm.) Pellegr. Garigl.; iidem etiam in lectione consentiunt, quapropter reliquorum librorum Cyriacorum v. l. non attuli. — 7 IN·FR·P·XIV post RARISSIMO add. Macci fraude. — 8 omittunt Cyriacani libri omnes.